









Leipzig Dijs. iur. 1811-17

1811.

Tucke, J. G. A. De XIII Justiniani collectio specimen portium.

1812.

Crusius, H. V. S. Ad legem Saronicam noviss. Ac finibus iuris retorsioris regundis commentatio prior.

Kindius, Chr. H. Variarum iuris observationum syllage prior.

Pueling, H. A. Quæstionum forumum insignium trias.

1813.

Guenther, Maximil. Insigillum mediæ aevi ..

1814.

Brunner, A. De perduellione maiestatis

Haase, H. A. De opere locato et conducto commentatio iuris civili.

Kindius, Chr. H. Variarum iuris observationum; syllago altera.

Thierbach, H. H. Historia iuris civilis de pignoribus.

Filner, M. F. G. De augusta contumelii affecta.

1816.

Mann, H. W. S. De origine et auctoritate iuris Saxonici ..

1817.

Haenel, G. F. De acquirendo rerum dominio dijs. iuri civili

Kreyssig, H. F. De auctorum et commentatorum verbis in diag. interp. ..



Königliche  
Universitäts-Bibliothek.

Halle a. S., den ..... 19



DE  
**XIII. IUSTINIANI EDICTIS**

SPECIMEN TERTIUM

ILLUSTRIS IURISCONSULTORUM ORDINIS  
AUCTORITATE

PRAE SIDE

**HIERONYMO THEOPHILO KINDIO**

IURIS UTRIUSQUE DOCTORE  
SUPREMAE CURIAE PROVINCIALIS  
ET CONSISTORII ADVOCATO

D. VII. MENS. MARTII MDCCXL.

H. L. Q. C.

AD DISPUTANDUM PROPONIT

**IAC. GODOFR. ADOLPHUS ENCKE**

LIPSIENSIS

I. U. ST.

*Continet Edictum Octavum.*

LIPSIAE  
EX OFFICINA TAUCHNITZIANA.



# XII. INSTRUMENTS EDICITS

GERONIMO THEOPHILUS KENDI

EPISTOLE

V I R O  
IURUM CONSULTISSIMO.  
EXCELLENTISSIMO AMPLISSIMO  
AUGUSTO ADOLPHO WENDLERO  
IURIS UTRIUSQUE DOCTORI  
SUPREMAE CURIAE PROVINCIALIS  
ET CONSISTORII ADVOCATO  
PATRONO SUMME COLENDO  
FAUTORI AMICISSIMO

VIR O  
SINCERRIMAM  
IURINUM CONSUTERISIMO  
ANIMI SUI PIETATEM  
EXCITARENTIBUS - AMPLIORIBUS  
HAC OCCASIONE  
VNGESTO ADORATIO WENDITIO  
PUBLICE TESTARI  
CUPIT  
PATRONO SUMMI COLLENDIO  
LAUTORI AMICISSIMO  
*addictissimus*  
RESPONDENS.

DE

### XIII. IUSTINIANI EDICTIS.

§. I.

*Continuandi opere rationes redduntur.*

Quamvis nec hoc tertio de Edictis Iustiniani specimine absolvere omne nostrum argumentum nobis contingat; continuare tamen hac nobis oblata scribendi opportunitate coepit opus duplici in primis causa moti non dubitamus. Sicut enim quod hoc specimine continetur VIII. Edictum neque textus intuitu per se clarius est quam priora olim a nobis illustrata, neque forsitan ob res ipsas, de quibus praecepit, levius censeri debet illis aequa ac reliquis; ita etiam spes certa concepta, fore ut proximis aliis forte occasionibus claudere possimus omnem Edictorum commentationem, nobis snasit qualemenque eius continuationem. Ut igitur benevolo iudicio Lectorum, iuris antiquioris omninoque harum rerum amatorum, haud minus probetur hoc, quam primum et secundum specimen, vehementer optamus; eadem caeteroquin interpretandi ratione versaturi in hac nostra tractatione, qua olim usi sumus.

A

## §. II.

*Edictum octavum.*

Pertinet hoc quoque Edictum ad prouinciarum Romanarum tunc temporis usitatam vicarianam iurisdictionis tam ciuilis, quam criminalis, seu militaris administrationem. Nimirum *Pontici tractus vicarium*, vtut olim unice civilem, Iustinianus Cap. III. Nov. VIII. sustulerat, hac vero lege iterum, quamvis sub nomine *Comitis Galatiae primae*, restituit. Praecipit igitur in primis haec lex tum de munere illius vicarii, quale in posterum esse debeat, tum omnino etiam de causis ipsius huius mutationis. Cum autem iam supra §. 5. Spec. Imi pag. 26. commemorandus nobis fuerit hic magistratus; ubi nimirum dicendum simul erat partim in genere de praefectis praetorio atque vicariis <sup>a)</sup>, partim etiam in specie de officio eorum; ea tantum hoc loco uberior tractanda nobis sum, quae nova ideo et fere praeter consuetudinem in lege nostra disponuntur. Geographicam ipsius *tractus Pontici* descriptionem II. legis Cap. nobis offert. *Bassus* autem, sacerorum praetriorum praefectus, ad quem missa erat proposita for-

a) Alibi dicuntur *loci servatores* (τοποτηγηται,) v. c. Nov. VIII. c. 4. Nov. XVII. c. 10. Nov. CXVIII. c. 20. et Nov. CXXXIV. c. 2. Absentium praefectorum vices in singulis municipiis omninoque dioecesibus gerebant, delegatique pernunque sequabantur praesides, sicuti legati proconsules. Caeterum inter alia, tanquam haud ignobile vicariorum munus, in primis huc pertinet executio sententiarum praesidialium, sec. leg. II. D. de officio eius qui vicem etc. Nominatim de Ponticae vicario eiusque insigibus exposuit PANCIROLUS Cap. 126. pag. 187.

ma, paulo ignobilior fuerit necesse est, et magis forte, (quatum saltem patet ex aliis<sup>b)</sup> legibus Imperatoris,) tanquam vicarius prouinciarum, quam in urbe aliove munere inclauruit.<sup>c)</sup> Ipsa nostra lex, si comparamus eam cum argumentis Novellarum laudatarum, nisi plenam idoneamque probatio nem huius opinonis, certe probabilitatis multum affert. *Civiles* magistratus, quomodo alibi<sup>d)</sup> dicuntur ii, qui civili solum atque ordinario muneri praepositi, carebant potestate criminali, seu, penes quos non erat delictorum inquisitio atque coercitio, etiam hoc loco opponuntur iis, qui *vtriusque cinguli* (*εξατελον τρόπης*) *annonas* percipientes de causa criminali aequae ac civili, quae Cap. I. huius Edicti *lis pecuniaria*

b) Pertinet hoc Nov. CVII. et CVIII. que inscriptae sunt Basso magnificissimo comiti devotissimorum domesticorum locum obtinenti Iohanni glorioissimorum praetoriorum praefecti.

c) Unico tantum loco apud ANMIAN. MARCELL. L. XVI. c. 11. ita fere eius mentionem factam esse recordamur. Namque Anthenio cuidam, vicario urbis, vices praefecti urbis Bassi, qui mortuus erat, commissas esse hoc loco legitur verbis his: „dum haec ita aguntur, Romae Anthenius, curans vicarian praefectorum, pro Basso quoque agebat, qui recens promotus urbi praefectus fatali decessorar. sorte.“

d) Nimirum Cap. 5. Nov. VIII. que simul Cap. 2. aliam loquendi formulam: *strangue administrationem* Graeco textui substituit. Caeterum iurisdictio criminalis alii Novellarum Edictorumque locis occurrit sub appellatione: *vis armatae* ita, vt simul ex his ipsis denominationibus atque locis satis pateat, munus *vtriusque* *invisidictionis* tam *civilis*, quam *criminalis*, quod in Urbe inter iudicem pedaneum et curules magistratus divisum erat, eodem fere modo in prouinciis administrandis usitatum obtinuisse.

dicitur, (*ὑπερχοηματον*, de meo et tuo mota,) cognoscunt. Rationem autem, cur coniungendum Iustinianus in posterum censuerit Pontici tractus vicariatum cum Galatiae comitatu, exhibent prima statim legis verba, *Pontici tractus provinciis suffecturos* existimantes, h. e. arbitrii negotia prouinciarum Ponticarum ad militarem iurisdictionem et criminalem quoque pertinencia commode geri posse a civilibus magistratibus, nec exsuperatura esse vires eorum atque operam. Quid paulo post intelligendum sit sub verbis: *medio post tempore*, sponte patet e computatione, dummodo recte cum Editoribus ad hunc locum censeas Iustinianum vocem: *quondam* in mente habuisse aetatem ante promulgationem Nov. VIII. qua Cap. 3. eadem de re praecipitur. Ponticae nimurum vicarius in illa Nov. sublatuſ mutatusque est in comitem Galatiae ita, ut virtusque officium, quod antea separatum erat, coniunctum sit. Etenim contraria causa, quae olim obtinuerat, Imperatorem in Nov. laudata commouit, ut utrumque illud officium coniungeret; dum scilicet *nihil eorum quae postmodum* ab illicis, (prouinciis,) *facta sunt, commissumiri* existimaverit. Quia in spe quantopere legislator aberraverit a vero, ipsis inferioribus Edicti verbis docemur. Sensus verborum, quibus interpres reddidit Graeca: *κατα τον εν μεσῳ τοντον χρονον, medio post tempore*, aeque definiendus est secundum primam vicariatus in Pontici prouincia institutionem, relatam ad recentissimam dispositionem Iustiniani in Edicto nostro. Ita vero *μεσον* illius temporis currit inde a revocatione vicarii

Ponticae in Nov. citata usque ad hoc nostrum Edictum VIII.  
 cui subscriptus est annus 551. Summo quoque iure hoc tem-  
 poris spatium *medium* dicitur h. I. propterea, quia re vera  
 includitur a tempore antiquissimae institutiovis vicariorum  
 Ponticae provinciae eoque sequentis aetatis internallo, quo re-  
 centissime Iustinianus de illis magistratibus disposuit in ipso  
 nostro Edicto VIII. ut terminis duobus, qui vulgo dicuntur  
 a quo et ad quem. Eadem computandi ratio valet de voce:  
*postmodum* (*вօρεցօր*), quae indicat tempus *pōst* latam Nov.  
 VIII. qua legislator vicarium illorum locorum sustulerat. Se-  
 quentia Edicti vel scripturae veterum Codicum obscuritate,  
 vel temporis lapsu ita corrupta sunt atque mutilata, vt sylla-  
 bas non solum singulas deesse, sed et integra verba, tam in  
 Graeco textu, quam in versione Latina, vel fugitiu tantum  
 oculo reprehendamus. Hinc iure quodam timeri posset de  
 vero eorum sensu undeque indagando. Certum est saltem,  
 quod inter tot summae mutilationis vestigia parum lectoribus  
 proposit eorum loco, quae deficiunt, otiosis illis asteriscis ex-  
 pletam cernere orationis seriem. Hoc potius tanto aegrius fe-  
 rendum est, quo minus hic, (quod et interpres Latinus bene vi-  
 dit,) sensus ambiguitas iuvare satis potest ex solo orationis nexu.  
 Ipsa totius loci verba, sicuti leguntur tam in textu Graeco  
 quam in versione Latina quae hodiendum inveniuntur in editioni-  
 bus Corp. Iur. adferre necesse esse videtur. Graeca autem, ut  
 hodie leguntur: ἀλλ ἐτεπεξ εξ αὐτον ἐγνωμεν πραγματον  
 (AGYLAEVs habet: ex rerum experientia, (forte rectius: ex

eorum factis, cognovimus, etc.) οὗτοι ἀνδρες οἰκουσι τὸς ἐπαρχίας ταυταὶ λησταῖς τὲ καὶ δονοῖς ἐντεθραμμένοι, καὶ ἀνδρες \* φορουνταὶ ἀεὶ \* θροιζόντες καὶ \* λων (quam syllabam AGYLAEO deberi putarim ut ut terminationem integri verbi: ὅπλων, dum verterit: et armis utentes,) Χρωμένοι; \* \* καὶ τούτοις, διαφεύγοντες τε τας ὑπερ τούτων ποιας κ. τ. λ. obscurissima sunt, nec aliter sene ab interprete, quam ad verbum redditia leguntur ita: *Atqui posteaquam ex rerum experientia cognovimus, in provinciis hisce homines habitare latrociniis et caedibus innutritos, et homines ferentes semper congregatos et armis utentes \* \* et his, effugiuntque in has res constitutas poenas, etc.* Omnino autem, quod secundis avibus tribuendum est, ex amboibus locis patet, quid legislator statuere voluerit pro idonea illa ratione abrogandae legis antiquioris; nempe hoc, quod sublati vicaris prouinciarum, a solis civilibus magistratibus non satis potuisset inquire in delicta ab improbis hominibus in prouinciis patrata; et quidem propterea, quia magistratus ci-viles non apte semper persecui in exteras regiones potuerint maleficos profugos. Hoc enim sibi volunt sequentia: *dum provincias, in quibus deliquerint, deserunt, neque provincialium magistratum quispiam ex attributa sibi provincia egredi e) audet.* Nimirum memiores esse debemus,

---

e) Ad verbum hac voce redditur Graeca: ἴσβαινειν, ita quidem, ut parum inde solatii lauiri possit, dum quaereretur: num in uniuersum vox:

nt recte intelligamus totum hunc locum, eius discriminis, quod illis quoque temporibus obtinebat inter potestatem civilem et criminalem, haud raro etiam militarem appellatam. Prae-

*egredi* h. l. strictissimo, an latiori tantum sensu accipi debeat. Virumque autem reuera illud verbum admittere videtur. Fieri enim potest delinquentium fugitiorum persecutio in exteras regiones, quae tertio euidam iudici subsunt, vel immediate, immissa scilicet ad arripiendos reos armata manu, seu hodie dicta, sequula judiciali; (ver eigenen Gerichtsfolge,) vel mediate tantum, seu, per iudicem alienae iurisdictionis litteris hoc sive a iudice loci delicti commissi imploratum et vere requisitum. Posteriorem, latiorem nempe interpretationem desiderare quadammodo videtur rei natura, cum alias nimurum vix opus fuisse nova lege. Dummodo enim, vel mediate, seu per requisitionem tantum capiantur rei, iustitiae ita satisfit, vt, coercionis intuitu, perinde sit, ac si ab ipso iudice delicti commissi fuerint detenti; modo ne effugiant, sed incurvant poemam certam. Strictorem autem sensum vox: *aude et sudare* videtur. Imperator enim hoc verbo ignaviae potius atque timiditatis arguisse magistratus provinciales videtur, quam improbusse nimis restrictam ulla legi erorum potestatem. Cum igitur ceteroquin ex aliis legibus vim et ambitum iurisdictionis criminalis, seu armatae manus, tunc temporis non adeo debilitatem sciamus, vt persecutio reorum fugientium in exteras regiones commode et cum effectu ab administratoribus prouinciarum fieri non potuisse; cum omni fini praefectorum prouinciarum repugnaret statuere: vel requisitiones iudicum exterorum interdictas tunc temporis fuisse magistratibus municipiorum; — nulli nos dubitamus, strictiorens vocis: *egredi* sensum intelligere. Non desunt enim, quod zeliquum est plures rationes, ob quas iure quidem Iustinianus haud contentus requiriendis tantum ab administratoribus prouincialibus exteris iudicibus, iussicerit lege nostra edicitali: vt praefecti in posterum ipsi seu cum propria armata manu egredianur terminos prouinciarum, v. c paratior vtque celerior, sique efficacior criminum investigatio et punitio. De nostri aevi institutis circa persecutionem reorum in viuernum aequae, ac de variis fatis huius iuris criminalis recentioris partis exposuerunt: Henr. LINCK de persecutione et

fectus urbis autem et praesides provinciales<sup>f)</sup>, in regula habebantur pro magistratibus civilibus, tamdiu omnis rerum militarium cura et reorum persecutio magistro militum commissa erat. Simulac vero et praefectorum praetorio potestas militaris et criminalis simul erat, vicariis quoque rerum bellicarum atque criminalium cura demandata erat. Ex quo tempore postea vicarii illi usi sunt ad tuendam iurisdictionem suam *apparitoribus* suis.<sup>g)</sup> Restitutio igitur vicarii Pontici necessaria Iustiniano visa est in primis propterea, quia frequentiora tunc delicta efflagitare videbantur paratissimum in provinciis<sup>h)</sup>

---

remissione delinquentiam, Ienae 1677. 4. Gottfr. STRAVS de revocatione delinquentum Vitemb. 1678. Christ. WILDOVGT de persecutione delinquentium 1790. et Ioh. Matth. WINCOR de remissione delinqua. ad locum perpetrati delicti. Erf. 1704. 4.

f) Conferatur III. Cap. huius Ed. ubi inter alia haec occurunt: cum enim hic (praecessit provinciae praeses.) nihil aliud, quam civilis magistratus sit, etc.

g) Teste ARMIANO MARCELL. L. XXVII. c. 7. Couferi etiam potest PANCIROLVS l. l. Cap. IX. pag. 25. et Cap. XX. pag. 74. Munus eorum dictum esse *apparitionem*, obiter monenum. Caeterum commemorantur eiusmodi milites vicarii apud SYMMACHVM C. V. Ep. 6. sicuti de *comitatibus* eorum militari plura diximus in priori specimine.

h) Iure quodam vel ex h. l. nisi alias constaret, concludi poterit ad praestantiam iurisdictionis Romae obtinentis prae ratione eiusdem in municipalitate tantum obvia. Videntur enim homines nequam, qui die latere in civitate non poterant, ad municipia confugisse ut iustitiae vigilantes se subtraherent. Cuius rei multiplices cause cum per se satis in oculos incurvant, nec diversae adeo siunt ab iis, quae vel hodie hic et illic deprehenduntur, merito hoc loco praetereundae sunt.

vindicem, qui instructus simus esset omni potestate criminali. Hanc enim in genere magistratibus civilibus non competisse, licet magna militum copia, quae comitari eos plenimque solebat, commode uti potuerint ad corripiendos detinendosque delinquentes, sequentibus Edicti verbis iam citatis abunde docemur. Ne porro, dum Imp. pergit: *nos etiam quamquam persæpe homines (ἀνθρώποις) in provinciam emiserimus, si scumque stipendiis grauaverimus, nihil tamen amplius efficerimus, quod ad manum is magistratus non esset, qui auxilium ferre et istiusmodi insolentiam reprimere posset*, milites intelligamus sub illis hominibus, prohibet expressa eorum commemoratio patilo post obvia. Formula vero loquendi: *fiscum provinciarum stipendiis gravare*, iure accipienda est de eo, quod Iustinianus eas ad certum militum numerum sustinendum obligaverit,<sup>i)</sup> sicuti etiam ultimis loci verbis magistratus criminalis, qui cognitione capitali gladiisque iure gauderet,<sup>k)</sup> satis clare indicatus est. Sed alia quedam in uniuersum addenda sunt usque dictis. Ea enim, quae omnino de ratione iurisdictionis provincialis et municipalis aeo illo usitatae, nisi certo contendi, probabiliter tamen col-

<sup>i)</sup> Ita v. c. apparitores oline a provinciis sustentari conuseisse annonis et cibariorum, postea vero pecunias a principe constitutas accepisse, testis iterum est PANCIROLVS l. l. Cap. IX. pag. 27.

<sup>k)</sup> Adentum vicaris fuisse pro temporis successu imis gladiis, sicuti hic locus, imprimitaque l. Cap. Ed. nostri testatur, ita inter alias quoque leges patet e Nov. CXXVIII. c. 26. cum nihil esset iudicari certum

ligi possunt ex aliis scriptorum veterum testimoniosis, haec fere sunt. Fines imperii Romani Imperatorum quoque aeo tot exteras Orientis<sup>\*)</sup> acque ac Occidentis regiones complectebantur, ut omnes simul ab urbis Romae magistratibus administrari nullo modo possent. Ne igitur regimine carerent, Caesares mox ad Vrbis exemplum constituere illis provinciis magistratus, quorum mentio fit a scriptoribus harum rerum sub voce provincialium municipaliumque,<sup>1)</sup> consultum habebant. His iterum praesides, seu praefecti, vel etiam praefecti practorio dicti, praesesse iubebantur, interdum quoque, necessitate urgente, in casum absentiae praesidum, iisdem eiusmodi vicarius, de quo vberius hoc Ed. VIII. tractat, subdelegabatur ut substitutus. Iam vero provinciarum illarum aliae minores tantum, aliae maiores etiam erant ita, vt vel unus tantum eiusmodi praefectus pluribus simul administrans sufficere valeret, vel singulis provinciis singuli etiam praefecti praeponi deberent. Quin imo, si utroque, tam civili, quam criminali imperio gaudebant, plures adeo nonnunquam vel una solum dioecesi fungebantur.<sup>2)</sup> Viriusque generis exempla occurrunt in le-

<sup>\*)</sup> Quot vicarii fuerint in Oriente commenmorat lex ult. Cd. div. off.

1) v. c. apud VLPIANVM l. l. II. ad municipalem. Conferri potest GROTTVS in Flor. Spars. ad h. locum. Municipia omnino dicebantur civitates suo iure et legibus, quin muneribus et honoribus pop. Rom. gaudentes. De variorum eorum iuribus praecipuis optime meritus est ONYPHRIVS PANTINIVS L. III. deser. imp. Rom. p. 325. et 554. in primisque etiam Pomp. FESTVS in libro de verb. signif. nec non DVKEEVS de latinitate Ict. vett. pag. 48. ss. diversas vocabuli notiones multa cum eruditione exposuerunt.

gibus Iustinianis, sicuti in recentioribus carum, némpe Edictis nostris atque Novellis, incidimus in praefectos atque vice-rios prouinciae Asiana, Phrygiae, Pacatianae, Thraciae, Illyrici, Armeniae, Galatiae atque Ponticae. Neque tamen desunt veterum auctorum testimonia, quibus plura quoque nobis traduntur de ipsa munera eiusmodi praefectorum dignitate et administrandi ratione. Ita v. c. rectorum illarum provinciarum erat: litigantes audire causasque eorum controversas, et leviores quidem immediate, dirimere, in crimina patrata inquirere, reos fugitivos persecuti et punire, militibus sibi adictis, seu armata manu, urgente necessitate eum in finem libere uti, denique vero etiam in omnibus causis gravioribus ad Imperatores in urbe referre.<sup>m)</sup> Ipsi vero etiam pro temporum suc-

<sup>m)</sup> Praeter tuitionem et defensionem provinciarum subiectarum corumque incolarum in universum, haud temere quoque rerum fiscalium vigiliam, qua concernet, in primis aequalem tributorum distributionem et repartitionem, nec non religiosam fidelemque eorum exigendorum, rationumque habendarum curam, officiis administratorum provinciarum attribuere possumus e tertio et octavo Cap. Iaud. Nov. VIII. et Basil. Lib. VI. tit. 3. c. 31. Vtique loco exhibetur integrum iuramentum, quo provinciarum praesides eorumque vicarii in suscipiendo munere obstringi solebant. Sicuti vero optime ex eo cognoscimus, quanta fuerit et huius partis eorum munera gravitas atque fiducia; ita etiam hoc probant cautiones ab his secundum Cap. 14. Nov. VIII. praestandae, et summas execrationes obviae in verbis solemnis illius formulæ iurandi: *si vero non haec omnia ita servavero: recipiam hic et in futuro seculo in terribili iudicio magni Domini Dei et Salvatoris nostri Iesu Christi: et habeam partem cum Iuda, et lepra Giezzi, et tremore Cain: Insuper et poenis, quae lege eorum pietatis continentur, ero subiectus.*

cessu interdum ex alia in aliam dioecesin *transferebantur*, e novis forte provinciis delatis honestiores adhuc titulos *adipisci*ebantur, vel etiam, si male eos functos esse officii suis compertum esset, suspendebantur tantum, vel planè removebantur. Ita enim ex ipsa nostra legē cognoscimus Iustinianum altera iam vice Pontici tractus, seu dioeceses vicariuni, quem antea officio privarat, nunc iterum sub appellatione: *comitis Galatiae primae*<sup>n)</sup> restituisse; qua de re plura ad hanc ipsam primam Ed. partem addenda sunt. Mentione enim facta praecessorum de imperio vicariorum, Galatiaeque in primis intuitu in legibus vetustioribus constitutorum, hoc Edicti loco restituitur Pontici tractus *loci servator*, instructus iterum et civili et militari potestate. Praeponitur non solum aliorum magistratum numeribus, veluti gloriissimorum magistri sacrorum Imperatoris officiorum,<sup>o)</sup> sed praeterea etiam iurisdic-

n) Vtrum olim iamiam Galatiae prima ad Ponticae tractus pertinuerit ita, ut haec lege ipsi tantum restitutur; an Pontici tractus forte ad Galatiam universam relata ante sit nec ne, certo statuere vix audemus. Cum enim Geographi illius aevi non adeo respergerint hunc locorum, dioecesumque municipalium scopum; idoneis hanc in rem Aucti. Vett. testimoniosis fore destituti sumus. Singula quadraginta octo provinciarum nomina exhibentur ad finem Nov. VIII. in: *notitia eorum, quae ab una quaque subditarum administrationum praeberi debent circa consuetudinem quantitatis ab iis, qui administrationem habent.* Ita vero haec notitia, duplice simul respectu ad Edictum nostrum octayum trahenda est.

o) De magistro officiorum Orientis eiusque insignibus peculiariis expostus Pancirovus l. 1. c. 62. p. 98. de munere vero eorum aequie copiose cap. 71. pag. 108.

eius atque imperium non parum alia ratione augetur atque extenditur. Neque enim exemptum ei esse voluit Imperator quemquam, neque per *dignitatem*, (*ἀξία*) h. e. quamvis alius ipsi sit pro dignitatum ordine superior, neque per *sacerdotium*, quod praebebat forum civile, neque per *cingulum*, (*ζώνη*) quo proprio h. l. indicatur praecipuum illud insigne magistratibus municipalibus, qui re vera officiis fungebantur, neutquam vero iis competens, qui honoraria tantum dignitate gauderent, et sine quo principem adire non licet. <sup>p)</sup> Adversari quodammodo quidem huic nostrae vocis: *cingulus* interpretationi videntur verba: *neque per militiam statim sequentia*, nec non verba: (*non enim militarem tantum hunc magistratum facimus*) paulo post obvia, quibus tanquam opposita cingulo expresse commemoratur administratio militaris. Nihilominus tamen haec verba strictiori nostrae *cinguli* h. l. interpretationi repugnare tantum videri, re vera neutquam esse contraria contendimus. Quamvis enim negari nequeat, alias quoque locis haud infrequentibus nomine cinguli in uniuersum tantum indicari mutus, seu administrationem iurisdictionis; quamvis aequa verum sit, loquendi formulam: *praeesse utriusque cingulo*, ut synonymous occurere expressioni: *utriusque administratione*, (*ἐκατερον αὐχηνον, ζώνην*) scil. civili et militari, seu criminali; <sup>q)</sup> nihilominus tamen haud dubie

<sup>p)</sup> Idoneis quidem testibus Gvtherio de officiis dom. Ang. l. l. et PAN-

CIRIO L. l. C. CXIX. pag. 156. sq.

<sup>q)</sup> AMMIANVS l. l. hanc utramque iurisdictionem hinc et illinc nomi-

omnis huius loci series strictissimam hic verbi: *cingulus* protestatem desiderat, qua sumitur pro singulari et externo vestium ornamento, vt certi ciuisdam gradus honoris signo. Recensentur enim ipsi hoc loco ab Imperatore singuli magistratus dignitatumque gradus, qui, quamvis alioquin et per se summi, nihilominus tamen in posterum iurisdictioni vicarii Pontici subesse debeant. Caeterum haud indignum esse videatur, quod ad hanc variarum dicendi formularum multitudinem leviter saltem notetur, nimirum quodam Imperatoris variandi in dicendo studium, quod certe magis laudandum esset, nisi vix negari possit, in tanta rerum consimilium copia et ceteroquin scribendi ratione minus elegante obscuritatem interdum inde enata esse. Quae, quamquam verissima sunt, haud aequae tamen valent de verbis: *verum etiam si quis de re pecuniaria litem instituere velit*, vnde satis claris et verbis quae iis opponuntur: *non in criminalibus solum*. Quemadmodum enim sponte ex his cognoscitur, sub lite de re pecuniaria mota intelligi causas civiles earumque cognitionem, quam, notum est, alibi in iure civili describi ab arbitrando rerum, seu mei et tui dominio; ita et in vniuersum extensio iurisdictionis vicarianae Pontici tractus, quanta huius Edicti auctoritate in

---

nat: *togatam*, (civilem,) et *sagatam* (militarem seu criminalem,) provinciam, quae utraque coniuncta in Nov. VIII. dicitur: *ἀρχὴ τοῦ ἀρχοντος καὶ τοῦ βικαρίου*, h. e. iudicis et vicarii officium. Quae Nov. verba et proprieta in primis huc pertinent, quia simul eloquuntur strictiorem *iudicis* et *vicarii* differentiam.

posteriorum constituitur, tanto fere memorabilior est ideo, quod verbis illis ad causas civiles simul acque ac criminales trahitur. Caeterum vero paulo obscuriora sunt, uti vidimus, omnia in primis Edictorum nostrorum loca, quae exponunt de muneribus personisque ad administranda Imperii municipia aeo illo constitutis, et quidem propterea, quia fere unice ex illius seculi moribus et coaeorum scriptorum, non adeo frequentium, traditione et monumentis collustrari satis possunt. Reliqua Capitis Imi verba caligine illa non premuntur. Nihil enim continent, praeter ubiorem descriptionem iurisdictionis competentis vicarianae Ponticae Galatiaeque praesidi, quam normam tractandarum causarum quae *provocationibus iam suspensae essent*. In universum igitur Imperator hanc in rem iubet: *vicarium magistratus istiusmodi potestate, quallem cuiusque prouinciae magistratus in sua prouincia habeat, gaudere; quorum verborum potestas uberior explicatur iis, quae sequuntur; dum nempe omnes fere exceptions fori haud competentis vel exemptionis recensentur, quas omnes tamen, licet forsan vicariis oppositas, neutriquam attendendas esse simul pronunciatur.* Restituitur eundem in finem illi magistrati *sacrum auditorium (διορ ἀξιοστηθον)*, h. e. plena omnium causarum cognitio, cui etiam obnoxiae esse debeant eae contiouersiae, quae vel *provocationibus suspensae sint*. Neque enim ullo alio casu ad superiorem indicem eas devolvi legislator vult quam tum, si *quingentos aureos exsupe-*

rent.<sup>7)</sup> Nimirum statim addit legislator, nemini permisum esse in futurum altera provocacione uti; eodem haud dubie consilio, ne forsitan pro lubitu elidi possit hac ratione praesidis et vicarii iurisdictio. Quod si vero *ab initio apud illum*, scil. Pontici tractus vicarium, coepita sit aliqua controversia, *eamque provocatio consecuta fuerit*, eodem modo lex nostra valere eam iubet, qua valuisse tum, cum Pontici tractus et Galatia singulis suis praefectis adhuc regebantur; nulla quidem habita ratione *medii temporis*, quippe quod praeterlapsum esset inde a prima institutione vicarii Pontici, usque ad eius hac lege factam cum praefecto Galatiae unionem atque coniunctionem. De hoc enim intermedio tempore sicuti supra dictum est; ita *simplicem (ψιλὸν) magistratum Galatiae praesidem se denuo facere* Iustinianus ait eodem valore, quo supra dixerat: *visum est Galatiae magistratum ad pristinum statum eo redacto, non nisi civilem esse.* Dum secundo formae nostrae Capite fines territorii Pontici tractus, seu iurisdictionis vicario illius tractus competentis describuntur, pergit Imperator in exponendis singulis quibusdam eius praerogativis, in quibus ea nobis praecipua esse videtur, vi cuius permittitur ei, quoisque invenerit criminibus obnoxios, munericibus suis atque insignibus,<sup>8)</sup> *qualiacunque* etiam illa sint,

<sup>7)</sup> Annon ad similitudinem fortassis introducta deinceps sit summa appellabilis in summis Imperii Germ. tribunilibus usitata, ita ut primas origines, huius summae praescriptae iure inde repetantur, quaeri posset. Omnia conferatur Jac. Fijed. Lvnovici d. de summa appellabili. Hal. 1710.

<sup>8)</sup> Peculiarium de his tractare omnino otiuum nobis fecit PANGIOLVS, qui

eos privare <sup>1)</sup> et ita quidem, ut tanquam *quia vicarii istius magistratus Pontici locum adimpleat*, non obligatus sit, quod in regula fieri debuisse supra vidimus, magistratum sibi superiorum de eiusmodi coercitione certiore reddendi. Est autem haec largitio tanto maioris haud dubie momenti, quia extendendam esse illam vicarii potestatem legislator voluit adeo ad locos sacros, quin etiam ad Imperatorem ipsum pertinentes. <sup>u)</sup> Quae omnia, si comparamus cum verbis: *et,*

---

ad omnem doctrinam de variis, et militum inferiorum, et ipsorum magistratum insignibus aequo copiose ac eleganter commentatus est, v. c. Cap. XXII. p. 59. Caeterum de illis insignibus, quatenus *symbola* quoque dicta sunt, apud eundem auctorem legitur Cap. XXXIII. pag. 65. Commodo quoque eandem in rem conferatur GYTHIERIVS de off. dom. Aug.

<sup>t)</sup> Num haec privatio cingulorum, (quae h. I. haud dubie denotant munera ipsa, quorum praepositi hoc vel illo insigni pro gradu dignitatis ipsius magistratus condecorati erant) intelligenda sit in universum, seu ita, ut esse debuisse vera ab omni munere et in posterum quoque remotio, — an tra-henda potius ad hanc illamve singulam causam obviam, ubi unice fuisset remoto temporaria, seu suspensio a magistratu ad certum tempus; hoc eo minus pro certo autumare audemus, quo fere certius est, rem ipsam et reliqua legis contenta utramque aequo viam admittere. Quemadmodum certe illa explicandi ratio per se nimis forte severa censeri posset; ita haec (posterior,) pro summa vicarii Pontici elevatione, quae ex hoc Edicto eluet, forte iusto levio dicenda esset.

<sup>u)</sup> Nefarios sceleratosque homines, inprimisque graviores reos in eiusmodi locis sacros, utus in asyla publica confugisse ibique iustitiae brachio tanquam exentos, declinandas apprehensionis causa latuisse; nisi vel alias constaret ipsisque Novellis pluribus probaretur, ex hoc ipso loco appareret. Quo minus igitur plura hic addamus, otium nobis fecerunt ii, qui separata scripserunt de asylis, v. c. Ad. CRAS de Asylis, Giessae 1674.

C

(ut simpliciter loquamur,) nullum omnino locum ipsius iurisdictioni eximus, efficiunt sane, ut praesentem vicarii institutionem vel generaliorem accipiamus, quae amplitudinem intuitu, ipsorum adeo praefectorum dignitatem longe superet. Porro singulae inspectionis vicariae partes enumerantur, satis ex antecedentibus clarae. *Militares enim transitus* (*εργατικας παροδονες*) qui tertio legis Cap. occurunt, nihil aliud esse, quam itinera exercituum provincialium, seu mutationes locorum in quibus commorati fuerint, quasque legislatores illius aevi ob frequentissimas laesiones et iniurias cum ab aliis, tum ab ipso militie proficidente patratas, aegre tulerunt anxie que curarunt, plures loquuntur, praeter nostram ipsam, hanc in rem leges.<sup>v)</sup> Determinatur in sequentibus ipsius cohortis vicariae Ponticae numerus ad *septuaginta*, (quod verbum aequum, ac paulo post vocem: *probatoria* Graecus textus reli-

Cour. Friedlieb a FRIEDENBERG disp. de Asylis, Grypsw. 1657. Petri SARPI lib. sing. de iure asylorum. Venet. 1677. 12. Sicuti enim ab his omniabus satis copiose expositum est de originibus, fatis, auctoritate et usu asylorum, quo pertinebant praeter tempora, omniaque loca sacra et monasteria, etiam statuae, sepulcra, quin singula cimeteria; ita speciatim de abuso eorum et subsequenti ideo abrogatione nominandus Cph. Ioh. Com. ENZELBRECHT de iniusta asylorum immunitatisque ecclesiarum ad crimina dolosa extensione. Helmst.

1720.

v) v. e. Nov. CXXX. qua simul disponitur de modo ipso, quo oporteat milites transitum in civitates facere, et de introitu, seu adventu commorandi causa ad certum tempus suscepto. Evolvendus est ad hanc Nov. RUTTERHSVIVS P. I. a. 2, n. 23. et P. XIV. e. 6. Conferre quoque potest ad h. l. CVIACIVS.

nuit,) nimirum milites, aliis in locis dictos *cohortales*.<sup>x)</sup> Neque vero praeter eunda hic esse videtur occasio aptissima addendi nonnullam in universum de ratione illius comitatus militaris, quem praefectus praetorio et provinciarum adiunctum esse supra iam erat commemorandum. Nimirum plures eiusmodi milites in officio praefectorum provincialium militabant; numerus autem eorum in singulis fere variabatur. Ita enim v. c. Iustinianus statuit (§. 1. Cod. de off. praef. pr. Afric.) ut praefecto provinciali Africano esset officium virorum trecentum nonaginta octo, qui iterum in decem scrinia et undecim scholas dividerentur. Eodem fere modo comes Orientis l. l. Cod. de apparitoribus comitis Orientis, officialium seu apparitorum sexcentos in officio habuisse dicitur. Creabantur et designabantur hi praefectorum praetorio et aliorum illustrum et spectabilium magistratum officiales codicillis principum, qui *probatoriae*, scil. litterae, seu etiam *probatoria*, (forte subintelligenda placita,) vel edicta vocabantur, et a principe ac magistratu, cui inserviebant, subscriptae, in officio relinquebantur. Decreta officialia (sicuti hodie fere dicerentur eiusmodi iussiones summorum imperantium,) harum probatariarum non e laterculo maiore, quemadmodum magistratum codicilli, sed e

<sup>x)</sup> Secundum tit. 4. Cod. de cohortal. princip. cornicul. l. offic. ita dicti sunt propterea, quia formam cohortis seu legionis et privilegia habebant. Aequali modo *officiales* quoque dicuntur (sec. leg. præsidis 4. de rebus credit.) ab officiis, que etiam dictus feriatis admoveri et exerceri posse a præside, VLPIANVS scripsit leg. 2. de ferijs.

scrinio epistolarum 2) uti tunc temporis vocabatur, emittebantur  
aeque, ac ipsae iussiones imperatoria, quibus officia vicariorum

3) Laterculum maius, quod etiam *sacrum* nominatum esse videtur, ita  
dictum esse conicimus tanquam relatum ad scrinium epistolarum, utut la-  
terculum minus. Vtrunque comparandum cum nostris similibus institutis;  
quae sere veniunt sub nomine cancelliariorum superiorum et inferiorum, effe-  
cit, quantum coniicere licet, diversas cancellariae Imperatoria species, di-  
versumque inter se sive pro varietate negotiorum expediendorum et instrumen-  
torum publicorum evulgandorum. Ex utroque emissas esse Caesarum iussia-  
nes ad singulos magistratus et praefectos, sicuti ex hoc ipso loco, ita ex  
aliis quoque Novellarum cognoscitur.<sup>4)</sup> In quo autem posita fuerit differen-  
tia ipsarum iussionum ut ad laterculum maius, vel tantum ad minus, seu  
scrinium epistolarum pertinerent, pro certo affirmare, ne quidem auctoritate  
eorum audemus, quae a Gvtherrio et hinc atque illuc a commentatoribus  
Novellarum hanc in rem afferuntur. Gravitatem et auctoritatem iussionum  
Imperatoriarum in universum et quodammodo saltem fuisse illius differentiae  
normam, — immure videntur ipsae denominations. Num ceteroquin vero in so-  
lis nominibus solennibus v. c. pragmaticarum sanctionum et sacrarum formarum  
etc. sub quibus variis illae iussiones Imperatoria utroque laterculo emittebantur,  
aut in qualitate rerum, de quibus in iis iubebatur, constituta fuerit causa, cur  
et laterculo maiore an minore potius evulgandas fuerint nec ne, omnino non  
satis liquet. Quamvis enim ex eo quoque repeti sane possit discriminem illarum  
iussionum, quae ex illis laterculis emittebantur, quod ipsae pertinuerint vel  
omnino ad iurisdictionem, iterumque vel civilem, vel criminalem et militi-  
arem, vel ad iustitionem civitatum, vel ad fisici, vel denique ad ecclesiae  
curam; (quae singula vere erant munera magistratum municipalium,) ni-  
hilominus tamen audacieus esse videbatur, ex his solis discriminibus sin-  
gulam iussionem singulo tantum laterculo vindicare. Quia hoc instius  
magis, quam speciose tantum statuanus, impeditur minus inconstanti  
et variabili legum tunc temporis de his rebus loquendi usu. Hec unice addere  
eniteremur, quod minus proprie posita sint verba: laterculum et scrinium  
[leg. I. D. de off. pr. pr. Afric. supra laud.] etiam iis in locis omnibus, (quo-  
rum re vera in Novellis ipsis immenintur,) in quibus longe alio sensu le-

demandabantur. z) Caeterum contineri his litteris omnia ea solebant, quae omnino observari deberent a praefectis intuitu comitatum suorum militarium, satisque sponte patebit ex usque dictis, quid intelligendum sit sub formula loquendi de militibus illis hoc loco usitata: *stipendia facere per sacra probatoria, quae ex illo scrinio praebebuntur, ex quo et olim solebant, cum vicarius esset.* Sciendum enim est, quod cohorti praesidum officiali stipendia, seu *annonae*, h. e. merces <sup>aa)</sup> atque alimenta assignata simul fuerint in illis Imperatorum litteris, seu probatoriis, ita quidem, ut non solum certa eorum quantitas, sed hoc in primis etiam determinatum iis fuerit, unde, et quo modo sint eroganda eorum stipendia; utrum scilicet ex Urbe, an ab ipsis civibus municipalibus, utrum aere solum, seu pecunia, an etiam supellectili omnis generis, cibarii, victu et vestitu praestanda sint. Varia horum omnium generum exempla, sicuti aliis auctorum veterum locis, ita in primis quoque apud **GUTHERIVM** atque **PANCIROLVM**, v. c. Cap. xx.

---

guntur quam eo, de quo hucusque disserere paulo uberius haud superfluum videbatur. Ii qui serviebant in scriniis, dicebantur scrinarii. In quo vero potissimum hi a chartulariis iterum, qui vi synonymica nonnunquam cum scrinariis occurunt, diversi fuerint, aequo non omnino liquet.

z) Digna est quae accusatus conferatur ad h. l. integra *notitia* eorum, quae ab uniuersitate subditarum administrationum debent praeberi circa consuetudinem quantitatis, ab iis qui administrationem habent: nullo praesumente extra ea, quae subscripta sunt, nequaquam requirere amplius quid, I. Capite post epilogum Nov. VIII. conspicua.

<sup>aa)</sup> v. c. see. leg. ult. §. item *scrinii*, et Cod. tit. de divers. officiis.

p. 73. s. legi possunt. Qui posterior locus ideo in primis commemorandus est; quod, praeter idonea legum antiquiorum local probantia, mentionem simul facit earum personarum, quae sub nomine numerariorum, ratiocinia de hisce rebus omnibus tenere, iustoque tempore superioribus tradere obligatae erant. Transit Imperator paulo post ad reliquam supellecitem militarem vicario novo in posterum praebendam. Sicuti vero ex auctoritate veterum scriptorum certo contendere, non suspicari solum licet, (uti Editores ad vocem: *mulus censuerunt.*) asinos quoque praesidibus provinciarum datos esse ad itinera facienda, in primisque tum, cum utraque potestate (quod sibi nimirum volunt verba: *cum hic aliud, quam civilis magistratus sit.*) extucti erant; ita quoque tot *mulae*, quot quondam vicario assignatae, nunc praesidi provinciae conceduntur. Porro ei permittitur uti comitatus sui militaris ministerio non solum eo loco *ubi degat*, sed ita etiam, ut eum, *si qua iusta inevitabilisque necessitas, maioris auxilii indiga, ipsum huc adigat, ex uno loco in alium transferre possit.* Praeconis usus vicario haud dubie tribuitur ad edicta manifestanda et ad publicanda qualiacunque sua praecepta; de *lampadibus* vero h. l. commemoratis ne verbum quidem addere opus esse arbitramur, cum Editores in notis marginalibus ad hoc verbum ita ante nos prospiciati sint, ut vel remotissima quaedam, criminibus quasi uti dicitur, ad hunc locum traxerint. Omnia saltem, ut exemplo utamur, quae de illuminatione sellae Imperatoria in theatris adscripsero, nullo profecto iure huc pertinet.

nen ubi sermo est de itineribus. At vero uberiori tractatione dignus est sequens locus: *unde ad glorioſiſſimorum noſtri-um ducum imitationem* etc. Si Graecum textum respexeris, nescio cur, valde immutatus est, forsitan etiam minus recte omnino translatus. Namque graeca verba: ὅθεν καὶ ad responsum <sup>bb)</sup> αὐτῷ κελευθερίᾳ τ. λ. nolis, ab omni licet arrogantiae genere alienis, melius tamen ita vertenda: „unde ad responsum *suo muneri* operam dare eum (vicarium,) iubemus;” exemplo quidem glorioſiſſimorum nostrorum ducum, h. e. iubemus cum praesesse officio suo eodem modo, quo duces nostri solent suis fungi, minirum eadem auctoritate, imperioque aequali eius superiori, a quo his, tanquam a suis paeſpositis, omnis imperandi potestas demandata est. Milites enim paeſ-

<sup>bb)</sup> Textus originarius haec verba Latina retinuit, pauloque post in Graecis verbis: κατα μημειν, ad amitionem redditis, anceps haesisse videtur Interpres Latinus, utrum haec verba referenda sint ad vocem: *iubemus*, quae pertinet ad legiſtatorem, an potius ad milites illos, quibus continebatur cohors vicariana.

In editione Corp. Iur. alias citata van LEYDENIANA cum notis integris DIONYSII GOTHOFREDI (Lips. 1720. pag. 646.) Not. q. adscripta sunt haec: „de adresponso saepe alias dixi,” unde patet eius auctorem verba: ad responsum pro una tantum voce summisſe. Mirum sane! Quenadmodum enim haec lectio statim praecedentibus verbis graecis: κατα μημειν, et latinis: *ad imitationem* haud parum videtur adversari; ita nec nobis saltem constat, quid per adresponsum, una scilicet voce summis, intelligi hoc loco debeat. Alio nullo sane dicti Commentatoris loco quidquam de adresponso inventimus. Quodsi igitur unquam doluius adnotationem relativam tantum ad superiora, loco repetitae integrae, seu extensa, hoc nobis accidit hic, dum invenire scilicet vel unicum quidem locorum illorum, in quibus auctor notulae illius de adresponſiam dixerit, vel summa diligentia haud contigerit,

cepta praefectorum *ad responsa*, scil. superiorum suorum, obseruare debeant, h. e. obligati erant, ut caecorum instar obedirent praecepsis praesidum praefectorumque suorum, tanquam a summis praepositis suis, quin et ipsorum vicariorum, profectis. Adiguntur igitur, ut praefectorum suorum iussibus obtemperent aequae, ac si a summo imperante sibi essent impo- siti; cuius Caesareae voluntatis ultimum finem fuisse apertum est summum illorum militum obediendi studium atque assidui- tas. Et vero haec est sententia ea, quam clara voce omnis orationis series resque ipsa postulat. Ita enim optime cohaerent inferiora: *δ' οὐ*, (responsi) h. e. qua ratione et auctoritatis pondere milites compescet atque continebit. Hinc igitur, satis nisi fallimur, patebit, *AGYLAEV* in versione sua verum loci sensum minus commode, (nisi omne potius vitium latet in per- versa interpunctione,) ita reddidisse: *per quos milites* (potius, per quos, scil. gloriosissimos duces,) h. e. facta quasi gloriosissimorum ducum auctoritate, *milites*, *si quando ita*, nempe per iussiones severiores, *tempus postulabit*, ob effrenatiorem quippe militum negligentiam et improbitatem, in ministerio reget atque ordinabit. Censendum est, Imperatorem ita submi- nistrare vicario voluisse modum, quo fieri apte posset vel perti- nacionis, summaeque adeo militum negligentiae coercitio. Iam vero Justinianus iterum reversus ab ipso vicario, transit ad eius *assessorem* <sup>cc)</sup> brevique recollectione plurium argumentorum,

<sup>cc)</sup> Ita dicebantur iureconsulti, quos provinciarum magistratus secunda ducebant, ut eorum consilii secundum iura causas deciderent, sec. leg. pen. et

ne quid in lege proposita obliviscatur, singulatim commémorat consilium illius assessoris disponitqué insuper de salario eius, et de eo, quod solvere debeat Galatiae praefectus aut in sacro suo palatio, aut in religiosissimorum praefectorum praetorio, pro magistratus codicillis, quibus aliquid ei mandaretur. Varia erant, quae praefectis vel hac ratione, vel per litteras e duabus scrimiis emissas, iniungi solebant, cum ad iuris dicendi administrationem, tum omnino ad omnem provinciarum salutem spectantia. Quae omnia tamen hoc loco uberioris repetere, plane alienum esse a proposito nostro videtur eam ob causam, quia in superioribus occasio nobis iamiam fuit peculiariam expōnendi et tractandi de iussionibus illis atque mandatis, quibus praefecti, eorumque vicarii, quo normam iurisdictionis suae, quovis tempore tenendas haberent, vel a superioribus, vel ab ipso Imperatore Romano instruebantur. Neque autem alia sunt, quae Iustinianus in universum lege tractata constitui subditisque manifestari, severaque observari a futuro Galat-

---

ult. de off. assess. Officium eorum erat, causas cognoscere, actores audire, supplices recipere et ad eas respondere, denique circa edicta et epistolas scribendas, ad décreta interpretanda, uti Gvtherivs loquitur, versari, sec. leg. l. in fin. et §. 2. Ayle de iudicibus. Quod pertinet ad causas criminales, has quoque ex ordine audiebant, neque tamen semper decidebant, sed diuidicandas remittebant ipsi praefecto. Tandem etiam, quaecunque ab hoc, negotiis magis urgentibus impedito, sufficienter geri non poterant, expedire solebant; et diversa, pro ipsorum qualitate, sec. Nov. XXV. ss. salario accipiebant. Quorum omnium idonea exempla traduntur ab auctoribus veteribus; sicuti alia plura hanc in rem legi possunt apud laudatos Gvtherivm et Pancirolym sub voce: assessores.

## D

tiae vicario voluerit. Ita vero iterum tota haec octava Insti-  
niani forma pragmatica de vicario tractus Pontici haud aliter,  
ac plures reliquae, clauditur epilogo et subscriptione anni  
mensisque quo evulgata est. Quam ipsam ob causam verbum  
de his addere superfluum esset, nisi partim Editores van  
**LEVWEN** et **SPANGENBERGIVM**, quos prae caeteris hucusque  
secuti sumus, in explicanda hac subscriptione maximopere in-  
ter se discrepare deprehenderimus; parim etiam, quid sub  
*subiecta descriptione* potissimum intelligendum sit, iure  
quidem ambigeremus. Quod pertinet ad discrepantiam illam,  
sufficiat adnotasse verba ipsa, quae uterque illorum Editorum  
adscriptis; *dd)* quantum vero attinet ad sensum: *subiectae de-  
scriptionis*, quae posteriori iam Edicti capite obvia, iterum  
in epilogo commemoratur, ad conjecturam iure videtur re-  
fugiendum esse. Verba: *in subiecta descriptione* *ee)* referenda  
sunt vel ad ipsum Edictum, ita quidem, ut in-  
telligantur sub hac denominatione ea, quae, quamvis  
pauciora tantum, determinata sunt in hac lege ipsa cir-  
ca annonas vicario Pontifico praebendas; vel etiam sumi

*dd)* In edit. **LEVWENIANA** pag. 646. verbis: *anno 25.* Not. 10. adiecta  
sunt verba: id est 551. in **SPANGENBERGIANA** Graeco textui ad: ANN. XXV. (p.  
641.) Nota 8. addita leguntur haec: „Non convenit annus hic imperii cum  
sesto, post Basilii consulatum. Rescribendum itaque Ann. XXI. ut datum sit  
Edictum post Chr. nat. 547.“

*ee)* In textu Graeco ad litteram legitur: οὐδὲ τοῦ ξεπαγέστο παρούσης  
απογεγόν.

possunt de singulari additamento legis, quod, ut in singulari charta adiectum, deinceps vero iterum separatum, ad nos non pervenit. Vtramque explicationem res ipsa saltem admittere videtur, imo posteriori arrideat quodammodo haud dissimilis nostrae actatis consuetudo. Saepius enim ita promulgari apud nos videmus mandata principum, ut brevitas, vel etiam illustrandi studio prodeant comitata aliis prioribus legibus, speciatim, als besondere Beylagen, adiectis. Commemorata supra ad vocem: *merces* in nota *ad*) notitiam sumi v. c. posse pro tali generaliori praeceptione, quae vel integra, vel excerpta, utut pars speciatim adiuncta una cum nostro Edicto emissa esse ab Imperatore potuerit, utriusque certe contentis minime repugnaret.

**PRAENOBILISSIMO  
ATQVE DOCTISSIMO  
IACOBO GODOFREDO ADOLPHO  
ENCKE  
S.P.D.  
D. HIERONYMVS THEOPHILVS  
KINDIVS.**

*Quod TE nanciscar tertiae huius de XIII. Edictis continuationis defendendae socium vehementer laetor. Multiplici enim ex causa et TIBI, Carissime, et mihi met ipsi congratulandum esse arbitror de societatis huius solennitate. Sicuti profecto TIBI erit ob doctrinae TUAE praestantiam ex ipsa publica defensione conspicuam honorificentissima; ita TU mihi quoque es tum ob ingenii dotes et dexteritatem, tum ob studiorum TUORUM severitatem et assiduitatem dilectissimus. Accedit, quod non minus Graecorum, quae paulatim inter iura discentes obsolescere solent, quam et Latinorum studiorum amore teneri TE sciam. Ita vero non tam spero, quam confido potius fore*

certo, ut causam nostram peregregie sis tuiturus. Quae cum ita sint, cur pluribus *TIBI* commendem hisce litteris, quod ex antiquiore iure imperatorio et municipali depromtum est argumentum ad disceptandum propositum? Ut ergo aeque Edictorum textus, qualis ad nos ab editoribus pervenit, sponte *TIBI* praebebit optimam occasionem, tam strenue, quam docte eleganterque defendendi ea omnia, quae hinc illinc forte paulo audacius in hac argumenti parte profitenda erant. Aliud vero est pectoris mei desiderium, quod reticere hac opportunitate nec volo nec possum: summa reverentia animique pietas erga Patrem TUUM, VIRUM DEVENERANDUM. Prosperrima, qua laetatur, dia fruatur valetudine, diuque et TU vestigia Patris OPTIMI SUMME que REVERENDI honorifica premas digna progenies! Largiatur summum numen bona quaeque, quibus optatissima censemur sors humana, et Patri TUO, fautori pia a me mente colendo, et *TIBI*, et omni TUAE genti! Nullus erit, qui ex TUA TUORUM que omnium felicitate sinceriores me voluptatem percipiat, qui TUUM semper sibi servari amorem me optet ardentius, qui denique sibi ipse me lubentius indulget in verae amicitiae officiis omnibus *TIBI* praestandis.

Scripsi Lipsiae a. d. IX. mens. Febr. MDCCXI.

**C o r r i g e n d a.**

Pag. 2. in Nota a) lin. 2. lege: Nov. CXXVIII. c. 20.

— 5. lin. 4. lege: institutionis.

— 7. in Nota lin. 2. lege: re vera, et lin. 8. quodammodo.

— 12. — — lin. 2. post verba: Pontici tractus adde: provincia.

— 14. lin. 9. lege: quoddam.

— 15. — 10. et 11. lege: vicarianae competentis.

— 18. — 7. lege: παροδοντ.





Leipzig, Jur. Diss., 1811/12







DE  
**XIII. IUSTINIANI EDICTIS**  
SPECIMEN TERTIUM  
ILLUSTRIS IURISCONSULTORUM ORDINIS  
AUCTORITATE  
PRAESENTE  
**HIERONYMO THEOPHILO KINDIO**

IURIS UTRIUSQUE DOCTORE  
SUPREMAE CURIAE PROVINCIALIS  
ET CONSISTORII ADVOCATO

D. VII. MENS. MARTII MDCCXII.

II. L. Q. C.

AD DISPUTANDUM PROPONIT

**IAC. GODOFR. ADOLPHUS ENCKE**

LIPSIENSIS

I. U. ST.

Continet Edictum Octavum.

LIPSIAE  
EX OFFICINA TAUCHNITZIANA.

